



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VII. De privilegiis Archiepiscoporum, Episcoporum, alteriumque
Prælatorum inferiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. V.

De privilegiis studii generalis in Curia Romana.

QUæ privilegia sint eorum, qui in Romana Curia juri utrique dant operam, videntur illi, qui Romæ ad hæc studia incumbunt, videatur etiam cap. cum de diversis 2. hoc tit. in 6.

§. VI.

Quæ sint prerogativa sive privilegia principalium Sedium 4. Patriarchalium?

Videatur de hac materia, parùm nobis scitu necessaria, cap. antiqua 23. h. t. ubi ordo etiam harum Patriarchalium Ecclesiarum ponitur, ut post Romanam, quæ mater omnium Ecclesiarum est, primum locum habeat Constantinopolitana. Secundùm Alexandrina. Tertium Antiochena. Quartum Jerosolymitana, quæ tamen quatuor Patriarchales Ecclesie hodie vel hæresi, vel schismate infectæ sunt vel saltem sub Turcico jugo gemunt.

§. VII.

De privilegiis Archiepiscoporum, Episcoporum, aliorumque Prælatorum inferiorum.

NEque hujus §. materia multùm scitu necessaria est Sacrorum Can. Studiose, cui labor hic in servire potest. Viderint illi quorum interest, quæ privilegia talium majorum dignitatum in

Clement. Archiepiscopo 2. h. t. habetur & in cap. 1. eodem, ac in cap. Altitis 3. & cap. Apost. 6. eodem in 6.

S E C T I O IV.

De prescriptione, innovatione, usu, & effectu privilegiorum.

§. I.

Quanto tempore prescribatur adversus privilegia?

DE jure antiquo in Cap. 5. de terris. h. t. ad prescribendum contra privilegia Ecclesie alicujus suffi debent 40. anni, per cap. tamen accedendum 11. h. t. correctum hoc fuit, & alia non admittuntur contra Ecclesie privilegia prescriptio, nisi 40. annorum, quo tempore etiam alia jura Ecclesiarum prescribi possunt, nisi privilegia talia sint, quibus renuntiari non potest, ut est privilegium fori, aut sint statuta generalia, quibus Ecclesia regitur, quæ semper immutata & immutata manere debent, ut in cap. 1. caus. 6. q. 1. temporibus.

§. II.

De innovatione privilegiorum.

Innovationem privilegii concessi fieri quidem posse, nullum tamen per se hanc innovationem novum jus conferre.